

Post biduum Pascha fiet ¹⁾, id est, congruum fuit Pascha Iudeorum in equinoctio, id est in 8. die Kal. Apr. ²⁾, ut in equinoctio novissimo mundi renovatio et redemptio per necem Christi, quia in equinoctio mundi fuit contritio et compositio, ne dispar sibi invicem fieret utraque formatio. Deinde eadem longitudo facta est ex potentia Dei in ^{a)} equinoctio ^{a)}, tribus primis diebus et noctibus, sed addit sol cursum dierum, quando inluxit in mundo 4. die, luna e contrario dempsit cursum noctium. Etenim ad venerationem et honorem equinoctii ^{b)} novissimi et Pascha Christi presignata est et facta est mundi prima constructio in equinoctio primo. In equinoctio quoque solutio facta et redemptio Israel de servitute Egyptiorum ^{c)}, ut in eodem equinoctio post 12. Kal. Apr. ³⁾ precepit filiis Israel Pascha celebrare, quod est tipus Pasche Christi futuri per omnia in finem ab initio. Tipus namque Christi agnus, qui occisus ^{d)} est et manducatur cottidie ^{e)}, agnus a septem ^{f)} viris, hoc est a septem gradibus ecclesie. Tantum autem misterium Dei scitote, quod non est mirum, cum ^{g)} acciderit ^{g)} iudicium, si convenerit ^{h)} equinoctium, quod est 8. Kal. Apr., 6. feria, luna 14. et resurrectio luna 16. post 12. Kal. Apr., quod est equinoctium vernale, hoc est initium anni solis, et ante hoc initium non fit Pascha apud Ebreos et Grecos et Latinos nisi in errore, quod dies dominica, in qua facta est lux, fuit ante 12. Kal. Apr., quod in nocte 2. ferie in anno crucis, 11. autem Kal. Apr. ⁴⁾ 3. feria et 10. Kal. Apr. ⁵⁾ 4. feria, in qua dictum est: *Post biduum Pascha fiet* ⁶⁾. Deinde consentiunt alii, quod ita fiet post biduum, id est completionem et integritatem ⁱ⁾ duorum testamentorum, Pascha et transcensus ad regnum Dei conveniente in 6. feria equinoctio luna 14. et solemnitatem resurrectionis in die dominica et reliqua.

Hec Dionisius dicit.

I, 2

Sciendum est autem, quod predicta promissio Dionisii ^{j)} numquam in anno passionis, sed in anno nativitatis dominice secundum ipsum

^{a)} in equin. *fehlt L.* ^{b)} equinocti V. ^{c)} Egyptiorum V. ^{d)} occisus V.
^{e)} cotidie V. ^{f)} septem V. ^{g)} cum acciderit: si accederit V. ^{h)} convenit V. ⁱ⁾ integritatem V. ^{j)} Dionissi V.

¹⁾ Mt 26, 2. Der folgende Passus, den Marian Dionysius zuschreibt, findet sich in dieser Form dort nicht, lag dem Iren aber möglicherweise so in einer Handschrift vor; andernfalls muß die Schlußnotiz: Hec Dionisius dixit nur auf die Zyklen bezogen werden.

²⁾ 25. III. ³⁾ 21. III. ⁴⁾ 22. III.

⁵⁾ 23. III. ⁶⁾ Mt. 26, 2.